Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuum tueq; genitricis beatissime scilicet semp uirginis
MARIE amorem suo capiti est inpositura tua dectera
scifica. et hoc qd p illud mystice datur intelligi. tua
semp custodia corpore parit et animo incontaminato
custodiant. ut quando ad ppetuā sanctorum remuneraci
onē uenerint. cum prudentib et ipsa uirginib ppparata
te pducente ad ppetue felicitatis nupcias intrare
mereantur. ℣. Hic suppliciter psternat se ante alta
re que consecranda est. et dicat hunc uersum tribus
uicibus. Suscipe me domine scdm eloquiū tuū
et uiuam et non confundas me ab exspectacione mea.
Postea dicit episcop. Soror accipe uestem in nomi
ne dni. Et illa respondeat. Suscipio in nomine
patris et filii et spirit sci. Tunc det ei episcopus ipsa
uirginitatis indumenta. et tantū uelamen aput se
faciat retineri. Ipsa autem uirgo uadat in sacrariū
et induat se ipsis uestimentis benedictis. accipiens
ii. cereos in manus ardentes ueniat ante altare ca
nendo uersum. Et nunc sequimur in toto corde. Et respon
deat chorus. Quia non est confusio confidentibus in te dne.
Et iterum uirgo canat. Et ecce uenio ad te quem amaui
quem quesiui quem semp optaui. Et tunc inponat clerus in
troitum admissam. Post euuglium aut et dictam le
taniam ea pstrata inclinato capite ante altare. finita
letania benedicat eam epc dicens hanc oracionem.